



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Cæsari
Aug. in Comicijs Avgvstæ. Anno M. D. XXX.**

Melanchthon, Philipp

Viteberga, 1542

VD16 C 4714

XIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35748

ARTICVL FIDEI

X IIII.

De ordine Ecclesiastico docent, quod nemo
debeat in Ecclesia publice docere aut Sacramen-
ta administrare, nisi rite uocatus. Sicut & Paulus
precipit Tito, ut in ciuitatibus presbyteros consti-
tuat.

X V.

De ritibus Ecclesiasticis, qui sunt humana au-
toritate instituti, docent, ritus illos seruandos esse,
qui sine peccato seruari possunt, & ad tranquila-
litatem & bonum ordinem in Ecclesia cōducunt,
ut certae feriae, certae cantiones pie, & alij similes
ritus.

Sed de hoc ipso genere docent, non esse one-
randas conscientias supersticiosis opinionibus, hoc
est, non est sentiendum, ordinationes illas huma-
nas esse iusticiam coram Deo, aut mereri remissio-
nem peccatorum, aut cultus necessarios esse ad iu-
sticiam Euangeli. Sed sentiendum est, quod sint
res adiaphoræ, quæ extra casum scandali omitti
possint, Sed illi peccat, qui cum scandalo eas uiol-
lant, ut qui suarum Ecclesiarum tranquillitatem
temere perturbant, &c.

Reiiciuntur igitur traditiones, que sine pec-
cato non possunt obseruari, ut traditio de celiba-

tib.